



Fridericus im-  
perator p̄m̄ obiit

Henricus filius  
eius fit imper

Comitissa fit  
sancti monast

Fra margare-  
tha monialis

Eclipse solis.

Phi archiep̄s co-  
lomensis obiit

ad iram: poteratq; ita satisfactione placari. Eius tempore sancte religi-  
onis observantia non parum in presenti monasterio defecerat. nam  
ipse totum se curis temporalium rerum immergeret: et non quantum  
oportuerat de spiritali profectu subditorum suorum sollicitus videret.  
Anno henrici abbatis primo qui fuit dominice natiuitatis. **M. C.**  
**LXXIX.** cum fridericus imperator romanorum in terra sancta postq;  
syriam teneret et que christianis contra infideles videbantur ne-  
cessaria pararet: dum in quodam flumine lauaretur clausis  
vite meatibus suffocatus est et viam vniuersi carnis miserabiliter  
ingressus. Quo mortuo principes filium eius Henricum eius nomine  
sextum in regem romanorum assumpserunt. que philippus archie-  
p̄s coloniensis aquisgranum ex more coronauit. regnavit q; p̄  
patrem annis decem. cum quo vixit annis ferme duobus et  
viginti regnauerat. **Vxorē duxit Constantiam** wilhelmi regis  
apulie. consilio et dispensatione Clementis pape tercij quia morat  
fuerat multis annis et vniua presati regis filia. cum qua regnū  
apulie feliciter obtinuit papa fauorem et auxilium impendente.  
que etsi annoz esset quinquaginta. ei tamen filium peperit nomine  
fridericum postea imperatorem secundum de quo suo loco dicemus.  
Anno henrici abbatis secundo. **Ida comitissa de spanheim** monialis  
facta est ordinis nostri in cenobio montis sancti Ruperti apud bini-  
gen. in quo demerpsit omnibus diebus vite sue religiosissime quiescens  
est. in orationibus ac meditationibus diuinarum scripturarum  
continua: humilitate et obedientia nulli secunda. **Eius soror fuit**  
**Margaretha** uirgo sanctissimo conuersationis. que priorisse officium  
multis annis in eodem monasterio strenue gessit: et miraculis  
clara tandem migravit ad dominum. cuius dies commemorationis  
festus. quarto kalendas nouembrijs qm̄ transiit e uita peragitur.  
Anno henrici abbatis. iij. in uigilia sancti iohannis baptiste fuit  
magna et generalis in his terris obscuratio solis. et subsecuta est  
fames in terra et agrorum vinearumq; non parua sterilitas.  
Eodem anno obiit philippus archiep̄s coloniensis apud impe-  
ratorem constitutus in apulia. cui bruno tercius maioris eate  
prepositus succedens presuit annis. iij. et postea fr̄s ē moenchus.